glorioſus rex celi et terre et dominus
ſabaoth ſit iſte qui ſic illuditur regis
ſcemate vt ſic ad ip̄m poſſis egredi p
ām̄irationis aſpectum Eſt enim immen
ſus poteſtate · ſpecioſitate · felicitate ·
eternitate · Admirare igitur maieſta
tem annichilari · ſpecioſitatem deco
lorari · felicitatem tormētari · eterni
tatem mori ·

Particula quarta · Ca · xxxvi ·

Ductus in montem caluarie inci
piunt ſe lictores diſponē ad cru
cifigendum exuere chriſtum veſtibus
et ſic de ſingulis · Cogita tu diligen
tiſſime modum crucifixionis · quia aut
crucem primo erexerunt et chriſtus
crucem deinde aſcendit · Et tunc vide
quomodo pendet primo brachio vno
fixo et altero nō et cogita chriſti paci
enciā et modū quo ſe habuit · Aut c̄te
crucē ponētes primo affixerūt et deinde

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

erexerunt. et tunc conſidera chriſtum
iacentem ſuper crucem manꝰ ꝓprias
extendentem et ita erigitur · Reſpice
deinde chriſtum in cruce lacrimantem
Sitit in cruce Orat pro crucifixoribus
Blaſphematur a pretereuntibꝰ a pha
riſeis et latrone · Titulus veriſſimꝰ et
indelebilis ſcribit᷑ Jheſus nazarenus
rex iudeoꝝ Stat virgo benedicta ma
ter chriſti glorioſa ſub cruce xp̄i dolo
ribus plena · q̄ vtiqꝫ tanto amplioreꝫ
habuit dolorem quāto feruentiorem
amorem Tandē chriſtus matrē ſuam
iohanni cōmiſit · fiunt deinde tenebre
ꝑ totum mundū Clamans ꝓinde heli
heli quanta ſua foret pena et ꝙ huma
nitas a diuinitate quodammodo fuit
deſerta deſignauit · Et hoc ꝓpterea ꝙ
nulla fuit redundancia virium ſuperi
orum quibus fruebatur ad vires infe
riores quibꝰ paciebatur Igit᷑ accepto

acceto cū iam nil reſtaret agendū vel
implendum clamās voce magna ſpm̄
emiſit · innuens q̄ q̄diu voluit vires
ſibi retinuit · et q̄ nullus animā ſuam
a ſe tolleret niſi ipſe eam poneret Vn̄
precipue centurio ex hac voce motus
dicebat Vere filius dei erat iſte · Et h
conſidera quali forma chriſtus paſſus
eſt vt eum ſtudeas imitari Paſſus eſt
enī ſicut verus agnus · liberaliſſime re
ſpectu proximi · ſeueriſſime reſpectu
ſui · obedientiſſime reſpectu pr̄is · pru
dentiſſime reſpectu aduerſarij · Stude
igitur ad habendū habitum ſcd̄m ef
figiem imitacōis chriſti ſciz benigni
tatis ſeueritatis humilitatis et perſpi
cuitatis ·

¶ Particula quinta · Ca · xxxvij ·

Oſſa latronū et crura confringū
tur chriſti autē os non minuitur
vt ꝓphecia integra ſeruetur · Latus